Núm. 32 *Miércoles 14 de Agosto de 1901* Año XLIX

BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEON

SECRETARIA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO

Habiéndose recibido en esta Secretaría las Reales Cédulas de los agraciados en las segundas ternas del Concurso y hallándose terminados los expedientes de los curatos que á ellos corresponden, S. E. Ilma. el Obispo, mi Señor, se ha servido señalar el día 27 del actual, y hora de las once de la mañana, para que los interesados se presenten en la Cámara Episcopal, á fin de recibir la colación é institución canónica, previniéndoles que todos los que hayan de trasladarse á distinto curato del que hoy tienen, deberán presentar en esta Secretaría certificado del señor Arcipreste de haber rendido cuentas de sus respectivas parroquias, sin cuyo requisito no se les expedirá el Título del nuevo curato.

León, 14 de Agosto de 1901.—Lic. Santos Castañeda, Canónigo Vice-Secretario.

EL MATRIMONIO CIVIL

La Dirección general de los Registros acaba de interpretar un punto dudoso de Derecho civil positivo, declarando para inteligencia de los que contraigan matrimonio meramente civil, cómo se ha de entender el art. 42 del Código y cómo debe ser aplicado por los Jueces municipales.

La doctrina sobre interpretación del art. 42 aparece expuesta por medio de Real orden fecha 28 de Diciembre de 1900 y publicada en la *Gaceta* del día 8 del corriente mes. Es de interés y vamos á exponerla con brevedad.

La ley reconoce dos formas de matrimonio: el canónico y el civil. El canónico según preceptúa el art. 42 del Código civil, *deben* contraerlo todos los que profesen la Religión católica, conforme á las disposiciones de la Iglesia católica y del Santo Concilio de Trento, admitidas como leyes del Reino; y el civil los que no profesen la Religión oficial del Estado, celebrándose del modo que determinan los capítulos I y III del título IV, libro I del Código civil.

No es, pues, potestativo en los españoles casarse como quieran. Los que sostienen, conforme enseña la doctrina católica, que el matrimonio es, ante todo, un Sacramento, habrán de casarse conforme á la ley canónica; los que defienden que es un contrato de carácter civil, si quieren contraer matrimonio, habrán de declarar ante autoridad competente que no son católicos; pues de lo contrario, el matrimonio será nulo y el Juez que lo autorice incurrirá en responsabilidad legal.

Esta es la doctrina. Antes de la publicación del Código, las dudas que sobre la forma de celebración del matrimonio civil había suscitado la ley de 18 de Junio de 1870 aparecían

resueltas por la Real orden de 27 de Febrero de 1875 y por la resolución de la Dirección general de los registtros de 19 de Junio de 1880.

Los Jueces municipales sólo podían autorizar los matrimonios civiles de aquellos que *ostensiblemente* manifestasen no pertenecer á la Iglesia católica: pero vino el Código civil, y al tratar de la forma y celebración del matrimonio canónico, en ningún lugar ordena que los que pretenden contraer matrimonio meramente civil hayan de hacer previamente la manifestación, ante autoridad competente, de no profesar la Religión católica.

El art. 42 impone á los católicos el deber de someterse á los preceptos de la Iglesia y disposiciones del Concilio de Trento al contraer matrimonio; pero no exige á los demás declaración ni manifestación alguna para celebrarlo; y la razón es obvia; pues como dice *Mucios Scaevola* en sus comentarios, el solo hecho de solicitar la celebración de un matrimonio que rechaza la Iglesia católica expresa evidente y *ostensiblemente* que quien lo solicita no profesa las creencias de ésta.

Sin embargo, las dudas han surgido; pero la cuestión ya está resuelta.

No hemos de citar el caso que ha motivado la Real orden de 28 de Diciembre de 1900. La *Gaceta*, al publicarla, ha empezado por ocultar los nombres, designándolos con iniciales.

La Dirección general de los Registros declara, al resolver el caso, cuyos personajes oculta el periódico oficial, que, impuesta por el legislador á los que profesan la Religión católica y quieran contraer matrimonio la forma y requisitos establecidos por la legislación canónica, es evidente que los funcionarios del Estado no pueden acceder á la pretensión de los que soliciten la celebración del matrimonio meramente civil, sin que los futuros contrayentes *aseguren bajo su palabra* que no

profesan aquella Religión; pues de lo contrario el acto adolecería de vicio de nulidad, conforme al art. 4.° del Código civil, que declara nulos los actos celebrados contra la ley.

Ya lo saben, pues, los Jueces municipales y los que, sin ser católicos, pretendan contraer matrimonio en España.

La Real orden de 28 de Diciembre es terminante; hay que hacer ante el Juez municipal la abjuración ó manifestación de no profesar la Religión católica, bajo pena de nulidad del matrimonio.

Por consiguiente, ya nunca puede caber duda sobre la necesidad de obligar á los que, estando unidos civilmente, quieran reconciliarse con la Iglesia católica á abjurar, aun en el fuero externo, de su apostasía.

S. CONGREGACIÓN SUPREMA DEL SANTO OFICIO

DE MATRIMONIO

Beatissime Pater:

Infrascriptus Episcopus Zamorensis in Hispania, ad Sanctitatis Vestrae pedes humiliter provolutus, exponit, faeminam N. N. annos natam 56 in oppido... hujus Diocesis, matrimonium contraxisse die 29 Aprilis 1862 cum N. N. nato in praedicto oppido die 1.° Aprilis anni 1824.

Hoc matrimonium celebratum fuit cum in Hispaniam rediret sponsus ex insula Cuba, ubi a quamplurimis annis degebat, qui quidem Cubam iterum petiit, negotiorum praetextu, post sex menses a matrimonio contracto, sponsam gravidam in Peninsula derelinquens quin amplius in Hispanian sit reversus.

Conjux, in tribus primis absentiae annis, epistolarem cum suo marito consuetudinem habuit, sed haec omnino cessavit anno 1865, a quo nullam viri epistolam, nec ullam in posterum

responsionem mulier est consequuta, quamvis pluries marito scripsisset. Rumor tamen publicus, dictis quorumdam Hispanorum ex insula Cubana tunc redeuntium efformatus, affirmabat N. N. operam dare nigrorum commercio; vitam agere insanam, vagam et christiano viro nullatenus conformem: hoc unum certo comprobatum est, ipsum nempe mentitum fuisse sponsae parentibus asserendo, antequam matrimonium contraheretur, se quoddam habere licitum commercium in urbe Habana, quod quidem nullibi unquam aparuit.

His ita stantibus, anno 1872 invaluit rumor publicus in oppido... ubi faemina degebat, affirmans virum obiisse Cubae occasione rebelionis civilis tunc ibi grassantis quae, cum anno 1868 inciperet, usque ad 1878 perduravit, et sponsa, quamvis multum adlaboraret ut certas acquireret notitias vel saltem indicia sive loci sive temporis fixi in quo maritus e vivis decederit, hoc tantum consequi potuit, quod ómnes Hispani, quos sciret Cubae degentes, et a quibus enixe nuntia per plusquam decem annos jugiter petiit, unanimiter affirmarent ejus maritum obiisse in praedicto bello civili cum rebelionis partes ageret, quin diem certum edicere, nec locum stabilire, neque testes de visu nominare valerent ad probandum ubi et quando decessus occurreret; quapropter infelix mulier ullae auctoritati numquam accedere potuit ad impetrandum publicum instrumentum, quocum juxta sacros canones et patrias leges mariti mortem comprobaret.

Anno tamen 1874 sponsa credens se viduam esse, aliud matrimonium cum A. B. inire tentavit, sed illud contrahere non potuit quia dioecesanus judex putavit minime probatam fuisse prioris mariti mortem; contrahentes autem, humana victi fragilitate, vitam conjugalem in posterum duxerunt prolemque susceperunt; ad quam legitimandam, necnon ut propriae aeternae saluti consulant, processum matrimonialem nuper in hac episcopali Curia iterum introduxerunt, in quo deposuerunt duo testes graves qui maritum cognoverant et in insula Cubana degerunt tamquam milites hispani, per septem annos continuos, a 1869 nempe ad 1876, et sub juramento affirmant se in variis insulae regionibus interrogase plures hispanos ibi degentes, a quibus unanimiter audivere quod suus conterraneus N. N. obiret

Cubae in illa rebellione quamvis nullum invenirent testem de visu, qui eis locum et diem mortis indiceret. Insuper in hoc recenti processu vocati sunt alii duo testes aetate provecti et propinqui mariti, qui etiam sub juramento affirmant se persuasos esse de istius morte, quam etiam confirmat sponsae parochus publica voce innixus: accedit testimonium mulieris quae asserit se quamplurima nuntia recepisse sui mariti mortem confirmantia, de qua omnino certa avasit a multis abhinc annis quamvis syngrapham comprobantem nunquam obtinere potuit, quia regionem Cubanam ignorat ubi suus maritus obiit, et prorsus imposibile ei erat recursum facere insulae actoritatibus, in tot aerumnis et bellis quibus illa regio premebatur, nunc praesertim quando praedicta insula e hispanico dominio erepta est.

Accedit opinio Vicarii generalis dioeceseos, qui, ut judex praedicti matrimonialis processus, etiam textatur, quamvis a ferenda sententia abstinuit, se moralem certitudinem habere de morte mariti his rationibus fultus: 1.ª Non est probabile quod iste vitam suam ominosam et insanam produceret in regione Cubana usque ad 70 aetatis annos quos nunc haberet si viveret. 2.ª Omnia nuntia usque modo e Cuba recepta, nec uno excepto, a 28 abhinc annis mortem jugiter confirmarunt. 3.ª Si maritus viveret, non est probabile quod ejus familia, necnon vicini oppidi.... quos constat Cubam migrasse, nec tenuem notitiam aut suspicionem acquirerent de N. N. superviventia, quapropter. 4.ª Hujus propinqui et cognati etiam certi sunt de ipsius morte. 5.ª Nec unus est qui credat vel suspicetur maritum a Cuba abiisse, sed omnes qui ejus obitum affirmant, asserunt etiam, ex notitiis ibi acquisitis, illum semper Cubae commoratum esse ibiqni obiisse. 6.ª Carentia testium de visu facile comprehendi cum mors acciderit agendo N. N rebelionis partes et decedere debuit in agro nemore vel quoddam pagulo ubi plus minusve rebelles dominium exercerent.

Ad mortis veritatem patefaciendam remanet aliud remedium, hucusque intentantum, nempe recursum facere superioribus Cubae auctoritatibus qui litteras circulares mittat ad omnes insulae parochos, necnon ad laicos officinarum ministros ut suorum librorum adnotationes percurrant et inquirant utrum in eis constet de mariti morte, sed hoc remedium, quod pro paupe-

ribus oratoribus est moraliter imposibile quia nimis onerosum, gratis seu de officio exequi deberetur, et in praxim reductum minime fuit, quia ineficax reputatur quemadmodum evenit in casibus similibus in quibus ad moram tantum inserviit, et insuper est nimis tardum ex eo quod A. B., cui a multis annis mulier nubere exoptat, provectae aetatis est infirmaeque valetudinis, ita ut timeatur quod mox e vivis decedat.

Quae cum ita sint, Episcopus orator insfrascriptus humillime ad Sanctitatem vestram recurrit et ab ipsa quaerit:

Primo: Utrum satis constet de mariti morte in casu, ita ut conjux ad secundas nuptias convocare possit.

Secundo: Quatenus negative, quodnam medium adoptar potest ut mors, aut superviventia mariti sufficienter probetur.

Et Deus O. M., etc.

Subsignatus.— ✝ ALOYSIUS PHILIPPUE, *Episcopus Zamoren.*

Feria IV, die 18 *Julii* 1900.

In Cogne Generali Sacrae Romanae et Universalis Inquisitionis, proposito suprascripto supplici libello rite perpensis omnibus tum juris tum facti rationum momentis, praehabitoque DD. Consultorum voto, Emmi. ad Rmi, DD. Cardinales in rebus fidei et morum Generales Inquisitores decreverunt. «Permitti posse in casu transitum ad aliam nuptias.»

Feria VI, die 20 *Julii* 1900.

SSmus. D. N. Leo Divina Providentia PP. XIII in audientia R. P. D. Adssesori S. Officii impertita, habita hac de relatione resolutionem Emmorum. Patrum adprobavit et confirmavit. I. Can. MANCINI, *S. R. et U. I. Notarius.*

VICEN

Quum nuper declarata sit uti publica pro navigantibus, cappella fixa in navibus, et cum non raro contingat, quod dum naves in portu inveniuntur, familiae navigantium et officialium, aliaeque personae, diversis ex causis, eas adeant; hodiernus cappellanus primarius Societatis Transatlanticae Barcinonensis, Sacrorum Rituum Congregationi sequens Dubium pro opportuna declaratione humillime expoxuit, nimirum:

Utrum omnes qui in dicta Cappella Sacrosanto Missae Sacrificio adstant, illud audire valeant in adimplementum praecepti de Sacro in festis audiendo.

Et Sacra eadem Congregatio, referente infrascripto Secretario, exquisito voto Commissionis Liturgicae, proposito Dubio respondendum censuit: Affirmative juxta Decretum *Vicen.*, diei 4 Martii 1901, absque speciali Indulto. Atque ita rescripsit die 10 Maji 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praef.*

✝ D. PANICI, *Archiep. Laodicen. Secretarius.*

ANUNCIO

Se halla vacante la plaza de Organista-Sacristán de la única Iglesia parroquial de San Adriano Mártir de la villa de Villacidaler. Los aspirantes pueden solicitarla del Párroco en el término de un mes á contar desde la publicación de este anuncio en el BOLETÍN. El Sr. Cura dará las oportunas instrucciones á quien las pida.

Imp. Lib. y Enc. de Miñón.